5. Quale io eleggerò di queste virghe, sì fiorirà; e convincerò da me le mormorazioni de' figliuoli d' Israel, per le quali siete molestati.

6. E parlò Moisè ai figliuoli d' Israel, e diedegli a tutte le tribù la virga sua; e furono le virghe duodeci, senza quella d' Aaron.

CAPUT XVII.

1. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Loquere ad filios Israel, et accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, a cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, et uniuscujusque nomen superscribes virgæ suæ:

3. nomen autem Aaron erit in tribu Levi, et una virga cunctas seorsum familias continebit:

4. ponesque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, ubi loquar ad te:

5. quem ex his elegero, germinabit virga ejus: et cohibebo a me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant.

6. Locutusque est Moyses ad filios Israel; et dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus; fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron.

Digitized by Google

7. quando Moisè le puose, in presenza di Dio, nel tabernacolo della testimonianza.

8. Ritornandovi lo secondo dì, trovò la virga d' Aaron nella casa di Levi; e gonfiate le gemme aprivano li fiori, li quali, dilatate le foglie sue, sono perfettamente formati in màndole.

9. E Moisè portò tutte le virghe dal cospetto del Signore in presenza del popolo; e ciascuno, vedendo, prese la sua virga.

10. E Iddio disse a Moisè: ritorna la virga d' Aaron nel tabernacolo, e ripolla, acciò che sia in testimonio de' figliuoli d' Israel, che sono istati rebelli, acciò che non abbiano più ardire di mormorare contro a me, e non muoiano.

11. Fece Moisè come Iddio gli comandò.

12. E dissero i figliuoli d' Israel a Moisè: ecco noi siamo consumati, e tutti quanti vegnamo meno;

13. e qualunque anderà al tabernacolo di Dio, morrà: or debiamo essere tutti a questo modo consumati insino alla morte?

7. Quas cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonii;

8. sequenti die regressus invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi; et turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.

9, Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israel; videruntque et receperunt singuli virgas suas.

10. Dixitque Dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii, ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, et quiescant querelæ eorum a me, ne moriantur.

11. Fecitque Moyses, sicut præceperat Dominus.

12. Dixerunt autem filii Israel ad Moysen: Ecce consumti sumus, omnes perivimus:

13. quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur: num usque ad internecionem cuncti delendi sumus?

Digitized by Google

CAPO XVIII.

1. E disse Iddio ad Aaron: tu e la casa tua e lifigliuoli tuoi porterete il peccato del santuario; tu e li tuoi figliuoli insieme sostenerete i peccati del sacerdozio vostro.

2. Ma i tuoi fratelli della tribù di Levi, e la schiatta del tuo padre, menagli con teco, però che sono apparecchiati ad amministrare a te; ma tu e i tuoi figliuoli servirete al tabernacolo della testimonianza.

3. E i Leviti il guarderanno al tuo comandamento, e faranno tutti i servigii del tabernacolo; ma all' altare e alli vasi del santuario non anderanno, acciò che non muoiano, e voi periate simigliantemente con loro.

4. Ma voglio che dormano alla guardia del tabernacolo, e facciano tutti i servigii: e forestieri non si mèscolino con voi.

CAPUT XVIII.

1. Dixitque Dominus ad Aaron: Tui et filii tui, et domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarii: et tu et filii tui simul sustinebitis peccata sacerdotii vestri:

2. sed et fratres tuos de tribu Levi, et sceptrum patris tui sume tecum, præstoqne sint, et ministrent tibi: tu autem et filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii.

3. Excubabuntque Levitæ ad præcepta tua, et ad cuncta opera tabernaculi: ita duntaxat, ut ad vasa sanctuarii et altare non accedant, ne et illi moriantur, et vos pereatis simul:

4. sint autem tecum, et excubent in custodiis tabernaculi, et in omnibus ceremoniis ejus. Alienigena non miscebitur vobis.

Digitized by Google

5. E imperciò abbiate buona custodia del santuario, e del ministerio dell' altare, acciò che non si susciti indignazione infra i figliuoli d' Israel.

6. E io diedi i vostri fratelli Leviti, del mezzo del popolo d' Israel, per dono a Dio, acciò che servano nel ministerio del suo tabernacolo.

7. Tu e i tuoi figliuoli guarderete il vostro (officio del) sacerdozio; e ogni cosa che s' appartiene allufficio dell' altare, e che sono dentro al velo, voglio che per lo sacerdote s' amministrino; e se alcuno altro lo ministrasse, sia morto.

8. Parlò Iddio ad Aaron, e disse: io t' ho data la guardia delle primizie mie; ogni cosa che i figliuoli d' Israel offerranno, io ho data a te e a' tuoi figliuoli per l' ufficio sacerdotale; e voglio che sia in sempiterno.

9. Questo voglio ch' abbi delle cose che si santificano e offeronsi a Dio: ogni oblazione e sacrificio, e ogni cosa che per peccato o per altro modo

5. Excubate in custodia sanctuarii et in ministerio altaris: ne oriatur indignatio super filios Israel.

6. Ego dedi vobis fratres vestros Levitas de medio filiorum Israel, et tradidi donum Domino, ut serviant in ministeriis tabernaculi ejus.

7. Tu autem et filii tui custodite sacerdotium vestrum: et omnia quæ ad cultum altaris pertinent, et intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur. Si quis externus accesserit, occidetur.

8. Locutusque est Dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur a filiis Israel, tradidi tibi et filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.

9. Hæc ergo accipies de his, quæ sanctificantur, et oblata sunt Domino. Omnis oblatio, et sacrificium, et quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, et cedit in Sancta sanctorum, tuum erit, et filiorum tuorum.

Digitized by Google

fosse data a me, o che fosse messa in SANCTA SANCTORUM, sia tua e de' tuoi figliuoli.

10. Nel santuario mangerai queste cose: li maschi solamente mangeranno di quello, però che a te è consecrato.

11. Ma le primizie, le quali votarono e offerirono li figliuoli d' Israel, io l' hoe date a te, e ai tuoi figliuoli e figliuole, perpetuale ragione. E chiunque sarà mondo (cioè senza peccato) nella casa tua, ne mangerà.

12. Ogni sostanza d' olio o di vino o di grano, la quale sia offerta, io hoe data a te.

13. Ogni terreno che frutto faccia, il quale sia offerto, sia per tuo uso. E chiunque sarà mondo nella casa tua, usino di quelle cose.

14. Ciò che per voto ti daranno i figliuoli d' Israel, sarà tuo.

15. Ciò che [primo] nascerà di tutti i ventri de' figliuoli d' Israel, sarà in tua podestà, ovversia degli uomini ovvero d' altri animali: vero è che degli

10. In sanctuario comedes illud: mares tantum edent ex eo, quia consecratum est tibi.

11. Primitias autem, quas voverint et obtulerint filii Israel, tibi dedi, et filiis tuis, ac filiabus tuis jure perpetuo: qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

12. Omnem medullam olei, et vini, ac frumenti, quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi.

13. Universa frugum initia, quas gignit humus, et Domino deportantur, cedent in usus tuos: qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

14. Omne quod ex voto reddiderint filii Israel, tuum erit.

15. Quidquid primum erumpit e vulva cunctæ carnis, quam offerunt Domino, sive ex hominibus, sive de pecoribus fuerit, tui juris erit: ita duntaxat, ut pro hominis primogenito pretium accipias, et omne animal, quod immundum est, redimi facias,

Digitized by Google

uomini io voglio che si possano ricomperare; e tutti gli animali che fosseno immondi, rendigli e fatti dare il prezzo.

16. E voglio che si ricompri passato un mese, e ricòmperisi cinque sicli d' ariento al peso del santuario. Il siclo vale XX oboli.

17. Le primizie de' buoi e delle pecore e delle capre, non le fare ricomperare, perciò sono santificate a Dio; ma solo lo sangue loro ispargi sopra l' altare; la grassa arderai per odore a Dio.

18. La carne sarà per tuo uso; il petto e la spalla ritta consacrata sarà tua.

19. Ogni primizia del santuario, le quali offerranno i figliuoli d' Israel a Dio, sieno tue e delli tuoi figliuoli e delle tue figliuole, per sempiternale ragione. Lo patto del sale sia patto fermo, in presenza di Dio, a te e a' tuoi figliuoli.

20. Disse Iddio ad Aaron: nella terra loro non possederai alcuna cosa, e non avrai parte infra loro; io sarò parte ed ereditade tua, infra i figliuoli d' Israel.

16. cujus redemtio erit post unum mensem, siclis argenti quinque, pondere sanctuarii. Siclus viginti obolos habet.

17. Primogenitum autem bovis et ovis et capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino: sanguinem tantum eorum fundes super altare, et adipes adolebis in suavissimum odorem Domino.

18. Carnes vero in usum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, et armus dexter, tua erunt.

19. Omnes primitias sanctuarii, quas offerunt filii Israel Domino, tibi dedi et filiis, ac filiabus tuis jure perpetuo. Pactum salis est sempiternum coram Dominio, tibi ac filiis tuis.

20. Dixitque Dominus ad Aaron: In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars et hæreditas tua in medio filiorum Israel.

Digitized by Google

21. Alli figliuoli di Levi diedi tutte le decime d' Israel in possessione, per lo ministerio che loro fanno a me nel tabernacolo del patto,

22. acciò che niuno altro figliuolo d' Israel vadi allo tabernacolo, perchè non cadesse nel peccato della morte.

23. Solo i figliuoli di Levi mi serviranno nel tabernacolo, e loro sosterranno i peccati del popolo; e questo vi sarà testamento in sempiterno a tutte le vostre generazioni. Niuna altra cosa possederanno.

24. Sieno contenti delle decime, le quali io per loro uso ho date loro.

25. Parlò Iddio a Moisè, e dissegli:

26. Comanda ai Leviti, e pronuncia: quando voi riceverete le decime dai figliuoli d' Israel, le quali io vi ho date, la primizia ne date a Dio, cioè la decima parte della decima.

27. E questa vi sarà reputata in oblazione delle primizie, così delle biade come del vino.

21. Filiis autem Levi dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis,

22. ut non accedant ultra filii Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum,

23. solis filiis Levi mihi in tabernaculo servientibus, et portantibus peccata populi: legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt,

34: decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum et necessaria separavi.

25. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

26. Præcipe Levitis, atque denuntia: Cum acceperitis a filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ,

27. ut reputetur vobis in oblationem primitivorum, tam de areis quam de torcularibus:

Digitized by Google

28. E di ciò che voi togliete decima la primizia [offerite al Signore] e date ad Aaron (,perciò che egli sì è) sacerdote.

29. Ogni cosa che offerirete delle decime, fate che siano buone; e allegramente le date.

30. E di' a loro: se le migliori voi offerirete per decima, vi saranno reputate, come se dell' aia ovver del torculare abbiate date le primizie.

31. E mangeretele in ogni parte, voi e le vostre famiglie, perchè è prezzo dell' ufficio che farete nel tabernacolo della testimonianza.

32. E non peccate sopra queste cose, riservandovi le più grasse e le migliori, acciò che voi non contaminiate le oblazioni dei figliuoli d' Israel, e moriate.

28. et universis quorum accipitis primitias, offerte Domino, et date Aaron sacerdoti.

29. Omnia, quæ offeretis ex decimis, et in donaria Domini separabitis, optima et electa erunt.

30. Dicesque ad eos: Si præclara et meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area et torculari dederitis primitias.

31. et comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quam familiæ vestræ, quia pretium est pro ministerio, quo servitis in tabernaculo testimonii.

32. Et non peccabitis super hoc, egregia vobis et pinguia reservantes, ne polluatis oblationes filiorum Israel, et moriamini.

Digitized by Google

CAPO XVIIII.

1. Parlò Iddio a Moisè [e ad Aaron], e disse:

2. Questa si è la legge per la oblazione, la quale io hoe ordinata: comanda ai figliuoli d' Israel, che ti conducano una vacca rossa, dell' età perfetta, senza alcuna macula e che giammai non abbia portato giogo.

3. E datela a Eleazaro sacerdote; ed egli, portatola fuori delle abitazioni, faranne sacrificio in presenza di tutto il popolo.

4. E lo dito intinga nel sangue, e spargalo sette volte contro alla porta del tabernacolo.

5. E in presenza di tutti sì arderà, così la pelle e la carne, come lo sangue e le feci poste nel mezzo della fiamma.

6. E dello legno del cedro e isopo, e della grana due volte tinta, metterà il prete nella fiamma che arde la vacca.

CAPUT XIX.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron dicens:

2. Ista est religio victimæ, quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israel, ut adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portaverit jugum:

3. tradetisque eam Eleazaro sacerdoti, qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium:

4. et tingens digitum in sanguine ejus, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus,

5. comburetque eam cunctis videntibus, tam pelle et carnibus ejus quam sanguine et fimo flammæ traditis.

6. Lignum quoque cedrinum, et hyssopum coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat.

Digitized by Google

7. E allora venga, colle veste lavate e lo corpo suo, nelle abitazioni; e istarà commaculato insino al vespro.

8. E colui, per lo quale sarà abbruciata la vacca, laverà le sue vestimenta e lo suo corpo; e sarà immondo insino al vespro.

9. E coglierà l' uomo mondo la cenere della vacca arsa, e porralla di fuori dalle abitazioni in luogo mondissimo; e sarà in guardia de' figliuoli d' Israel, per aspersione d' acqua santa, però che la vacca è stata arsa per lo peccato.

10. E colui laverà le sue vestimenta, che hae portato la cenere della vacca; e sarà immondo insino al vespro. E averanno questo i figliuoli d' Israel, e anco i forestieri che infra loro abitano, per santo, perpetuale legge.

11. E chi toccherà l' uomo morto, sarà immondo per sette dì.

12. Aspergasi di questa acqua lo terzo e lo set-

7. Et tunc demum, lotis vestibus et corpore suo, ingredietur in castra, commaculatusque erit usque ad vesperum.

8. Sed et ille, qui combusserit eam, lavabit vestimenta sua et corpus, et immundus erit usque ad vesperum.

9. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, et effundet eas extra castra in loco purissimo, ut sint multitudini filiorum Israel in custodiam, et in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est.

10. Cumque laverit, qui vaccæ portaverat cineres, vestimenta sua, immundus erit usque ad vesperum. Habebunt hoc filii Israel et advenæ, qui habitant inter eos, sanctum jure perpetuo.

11. Qui tetigerit cadaver hominis, et propter hoc septem diebus fuerit immundus,

12. aspergetur ex hac aqua die tertio et septimo, et sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari.

Digitized by Google

timo die, e sarà mondo: e se lo terzo dì non sarà asperso, lo settimo non si potrà mondare.

13. E ogni uomo che toccherà alcuna cosa di uomo morto, e non sarà asperso di questa acqua, contaminerà il tabernacolo di Dio, e perirà (della congregazione de' figliuoli) d' Israel; però che non è istato asperso dell' acqua della purgazione, sarà immondo, e li peccati sì rimaneranno sopra di lui.

14. E questa è la legge dell' uomo che morirà nel tabernacolo. Tutti quelli entreran di dentro alla sua tenda, e tutti i vasi che sono ivi, saranno maculati per sette dì.

15. Lo vaso, che non ha copritura o ligatura di sopra, sarà (al tutto) immondo.

16. E chiunque toccherà nel campo l' uomo che per se è morto, o che sarà ucciso, o l' ossa o lo sepulcro, sarà immondo per sette dì.

17. Tolga della cenere della combustione della vacca arsa per lo peccato, e mettala in uno vaso, e dell' acqua viva sopra;

13. Omnis, qui tetigerit humanæ animæ morticinum, et aspersus hac commistione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, et peribit ex Israel: quia aqua expiationis non est aspersus, immundus erit, et manebit spurcitia ejus super eum.

14. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, et universa vasa, quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus.

15. Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit.

16. Si quis in agro tetigerit cadaver occisi hominis, aut per se mortui, sive os illius, vel sepulchrum, immundus erit septem diebus.

17. Tollentque de cineribus combustionis atque peccati, et mittent aquas vivas super eos in vas:

Digitized by Google

18. nella quale quando l' uomo mondo avrà tinto isopo, asperga con esso tutta la tenda (da tutte le pareti), e ogni massarizia; e gli uomini, che fosseno in quello modo polluti per tale contagione, (in questo modo li asperga).

19. E a questo modo l' uomo mondo purgherà la cosa immonda lo terzo dì e lo settimo; e quello che sarà purgato lo dì settimo, laverà sè e le sue vestimenta, e sarà immondo insino al vespro.

20. E chiunque non terrae questo modo, perirà di mezzo della sua congregazione; però che il templo di Dio hae maculato, e non è istato asperso dell' acqua della purgazione.

21. E questa sarà legge sempiternale. Colui che asperge l' acqua, laverà le sue vestimenta: chiunque toccherà questa acqua della purgazione, sarà immondo insino al vespro.

22. E ciò che l' uomo [immondo] tocca, sarà immondo; e chi toccherà delle cose immonde, sarà immondo insino al vespro.

18. in quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, et cunctam supellectilem, et homines hujuscemodi contagione pollutos:

19. atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio et septimo die: expiatusque die septimo, lavabit et se et vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum.

20. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio ecclesiæ: quia sanctuarium Domini polluit, et non est aqua lustrationis aspersus:

21. erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque, qui aspergit aquas, lavabit vestimenta sua: omnis qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usque ad vesperum.

22. Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet: et anima, quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit usque ad vesperum.

Digitized by Google

CAPO XX.

1. Vennero i figliuoli d' Israel, e tutta la moltitudine, nel deserto di Sin lo primo mese; e istettero il popolo in Cades; e ivi morio Maria (cioè sorella di Moisè), e ivi la sotterrarono.

2. E abbisognando al popolo dell' acqua, vennero contro a Moisè ed Aaron.

3. E convertiti in sedizione, dissero: Iddio l' avesse voluto, che noi fossimo morti coi nostri fratelli in presenza di Dio!

4. Perchè ci avete menati in questa solitudine, acciò che muoiamo noi e le bestie nostre?

5. Perchè ci avete menati d' Egitto in questo luogo pessimo, dove non si puote seminare, non si ricoglie (nè azime) nè fiche nè uve nè melegrane, e acqua ancora non avemo da bevere?

6. Andarono Moisè e Aaron, lasciata la moltitudine, allo tabernacolo santo; e inginocchiaronsi a

CAPUT XX.

1. Veneruntque filii Israel, et omnis multitudo in desertum Sin, mense primo; et mansit populus in Cades. Mortuaque est ibi Maria, et sepulta in eodem loco.

2. Cumque indigeret aqua populus, convenerunt adversum Moysen et Aaron;

3. et versi in seditionem, dixerunt: Utinam periissemus inter fratres nostros coram Domino.

4. Cur eduxistis ecclesiam Domini in solitudinem, ut et nos et nostra jumenta moriamur?

5. Quare nos fecistis ascendere de Aegypto, et adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, insuper et aquam non habet ad bibendum?

6. Ingressusque Moyses et Aaron, dimissa multitudine, tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clama-

Digitized by Google

Dio, e dissero; o Signore Iddio, esaudisci la voce di questo popolo, e apri loro le fonti dell' acqua viva, sicchè saziati cessino di mormorare. E (fatta la loro orazione a Dio, incontanente) apparve la gloria di Dio sopra loro.

7. E parlò Iddio a Moisè, e dissegli:

8. Tuogli questa virga, tu e Aaron tuo fratello; e ragunate tutto il popolo, e parlate alla pietra in loro presenza, e ella vi darà dell' acqua; e quando voi averete avuto dell' acqua, sì ne berae tutta la moltitudine e le loro bestie.

9. Tolse Moisè la virga, la quale era nel cospetto di Dio, come Iddio gli avea comandato.

10. E congregata tutta la moltitudine innanzi alla pietra, sì disse loro: udite, ribelli e incredibili; non vi potremo noi dare di questa pietra, (secca e arida,) l' acqua viva?

11. E alzando Moisè la virga due volte sopra la pietra, sì ne uscì acqua in grande abbondanza, sì che tutto lo popolo ne bevè (in sazietà), e tutte le loro bestie.

veruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus audi clamorem hujus populi, et aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ vivæ, ut satiati, cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini super eos.

7. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

8. Tolle virgam, et congrega populum, tu et Aaron frater tuus, et loquimini ad petram coram eis, et illa dabit aquas. Cumque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo et jumenta ejus.

9. Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in conspectu Domini, sicut præceperat ei,

10. congregata multitudine ante petram, dixitque eis: Audite rebelles et increduli: num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere?

11. Cumque elevasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet et jumenta.

Digitized by Google

12. Disse Iddio a Moisè e Aaron: perciò che non m' avete creduto, (e non m' avete obbedito) nè santificato dinanzi ai figliuoli d' Israel, non metterete questo popolo nella terra, nella quale io gli debbo menare, e a loro dare.

13. Questa si è l' acqua della contraddizione, dove i figliuoli d' Israel mormorarono contra Dio, e fu fra loro santificato.

14. E in questo tempo mandò Moisè i messi al re di Edom, i quali dicessero: questo vuole da te il tuo fratello Israel; tu sai quanta fatica abbiamo avuta,

15. e come i nostri antichi andarono in Egitto, e abbiamo abitato ivi molto tempo, e quelli d' Egitto afflissero noi e li padri nostri,

16. e come li nostri antichi chiamarono a Dio, ed egli esaudì, e mandò l' angelo suo il quale ci trasse d' Egitto; tu sai la città di Cades, la quale è nelle estreme parti del tuo regno.

12. Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron: Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.

13. Hæc est Aqua contradictionis, ubi jurgati sunt filii Israel contra Dominum, et sanctificatus est in eis.

14. Misit interea nuntios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Israel: Nosti omnem laborem, qui apprehendit nos,

15. quomodo descenderint patres nostri in Aegyptum, et habitaverimus ibi multo tempore, afflixerintque nos Aegyptii, et patres nostros:

16. et quomodo clamaverimus ad Dominum, et exaudierit nos, miseritque Angelum, qui eduxerit nos de Aegypto, ecce in urbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi,

Digitized by Google

17. Preghianti che ci lassi passare per la terra tua. Noi non anderemo per le vigne nè per li campi; noi non beveremo acqua delli pozzi tuoi; ma anderemo per la via pubblica, non declinando nè alla parte ritta nè alla manca, per sino che noi passiamo i tuoi confini.

18. Ai quali respuose Edom: non passerete per lo mio; e se voi vorrete pur passare, io m' armerò (con tutta la gente mia), e farommivi incontro.

19. E dissero i figliuoli d' Israel: noi ti promettiamo di non uscire della via battuta; e se bevessimo tua acqua, noi o nostre bestie, volemo pagare quello che vale, si che del prezzo non sarà discordia; e passeremo il più tosto che potremo.

20. Ed egli rispuose: non voglio che passiate. E immantanente venne incontro con molta gente armata.

21. E non volsero istare cheti a quelli che gli pregavano acciò che passassero per lo suo, per alcuno modo. Per la quale cosa Israel declinò da lui.

17. obsecramus ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.

18. Cui respondit Edom: Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi.

19. Dixeruntque filii Israel: Per tritam gradiemur viam, et si biberimus aquas tuas nos et pecora nostra, dabimus quod justum est: nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter transeamus.

20. At ille respondit: Non transibis. Statimque egressus est obvius, cum infinita multitudine, et manu forti,

21. nec voluit acquiescere deprecanti, ut concederet transitum per fines suos: quam ob rem divertit ab eo Israel.

Digitized by Google

22. E avendo mosso li loro abitacoli, si partirono di Cades; e vennero nel monte di Or, il quale è nella fine delle terre di Edom.

23. Dove parlò Iddio a Moisè.

24. Vada, disse, Aaron al popolo suo; però che non entrerà nella terra, la quale io ho data ai figliuoli d' Israel; perciò che è stato incredibile al mio comandamento all' acque della contraddizione.

25. Tolli Aaron, e i suoi figliuoli con lui, e menagli nel monte di Or.

26. E quando tu averai tratte le vestimenta ad Aaron, mettile ad Eleazaro suo figliuolo; e Aaron si ricoglierà, e morrà ivi.

27. E fece Moisè come comandò Iddio; e andarono nel monte di Or in presenza d' ogni moltitudine.

28. E ispogliossi Aaron le sue vestimenta, e vestille ad Eleazaro suo figliuolo.

29. E come egli fue morto nella sommità del monte, discese Moisè con Eleazaro (di suso il monte).

22. Cumque castra movissent de Cades, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom;

23. ubi locutus est Dominus ad Moysen:

24. Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non enim intrabit terram, quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit ori meo, ad aquas contradictionis.

25. Tolle Aaron et filium ejus cum eo, et duces eos in montem Hor.

26. Cumque nudaveris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium ejus: Aaron colligetur, et morietur ibi.

27. Fecit Moyses, ut præceperat Dominus: et ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine.

28. Cumque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium ejus.

29. Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro.

Digitized by Google

30. Tutto l' altro popolo, vedendo che Aaron fosse morto, piansero sopra il suo corpo trenta die, con tutte le loro famiglie.

CAPO XXI.

1. Udendo re Arad Cananeo, che il popolo d' Israel venisse, per la via delle spie; e egli abitava dal mezzo dì; pugnò contro a loro, e avendo vittoria, sì menò una grande preda.

2. E quelli d' Israel sì fecero voto a Dio, e dissero: Signore Iddio, se tu ci dài questo popolo nelle nostre mani, noi ti promettiamo di distruggere tutte le loro terre.

3. Esaudì Iddio il prego del popolo d' Israel, e diede loro il Cananeo nelle mani; e ucciserlo, e disfecerlo in tutte le sue terre, e chiamossi quello luogo ORMA, cioè scomunicato.

4. E partironsi del monte di Or, per la via che vae al mare rosso, per circuire la terra di Edom;

30. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, flevit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

CAPUT XXI.

1. Quod cum audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnavit contra illum, et victor existens, duxit ex eo prædam.

2. At Israel voto se Domino obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes ejus.

3. Exaudivitque Dominus preces Israel, et tradidit Chananæum, quem ille interfecit subversis urbibus ejus; et vocavit nomen loci illius Horma, id est, anathema.

4. Profecti sunt autem et de monte Hor, per viam, quæ ducit ad Mare rubrum, ut circumirent terram Edom. Et tædere coepit populum itineris ac laboris;

Digitized by Google

e ivi incominciò al popolo increscere per la grande via.

5. E parlò contro a Moisè, e disserli: perchè ci cavasti tu d' Egitto a morire in questa solitudine? Il pane ci è venuto meno, e dell' acqua non ci è, e siamo isfastigati sopra questo cibo così piccolo.

6. Per la quale cosa Iddio mandò serpenti pieni di fuoco infra il popolo; per la quale piaga e morte

7. veniano a Moisè, e diceano: noi abbiamo peccato contro a Dio e contro a te per lo nostro parlare; adunque prega che ci lievi via questi serpenti. Ed orò Moisè per lo popolo (e parlò a Dio Moisè).

8. E poi respuose Iddio, dicendo a lui: fa uno serpente di metallo, e pòllo per segno; e qualunque il guarderà, il quale sia morso dalli serpenti, (incontanente) sarà sanato.

9. E fece Moisè il serpente di metallo, e puoselo per segno; e chi lo guardava, che fosse morso, (incontanente) era sanato.

5. locutusque contra Deum et Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Aegypto, ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra jam nauseat super cibo isto levissimo.

6. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes ad quorum plagas et mortes plurimorum,

7. venerunt ad Moysen, atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti sumus contra Dominum et te: ora ut tollat a nobis serpentes. Oravitque Moyses pro populo,

8. et locutus est Dominus ad eum: Fac serpentem æneum, et pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet.

9. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, et posuit eum pro signo; quem cum percussi aspicerent, sanabantur.

Digitized by Google

10. Andarono i figliuoli d' Israel, e puosero le loro trabacche in Obot.

11. E partitisi indi, puosero queste loro trabacche in Ieabarim, nella solitudine che riguarda Moab, contro alla parte d' oriente.

12. E poi indi partendosi, vennero al torrente di Zared.

13. Dallo qual partendosi, accamparonsi dirincontro ad Arnon, il quale era nel deserto e presso a' confini dello Amorreo; sì che Arnon è termine di Moab, e divide i Moabiti e gli Amorrei.

14. E però si dice nel libro DELLE BATTAGLIE DI DIO: siccome fece nel mare rosso, così farà nelli torrenti di Arnon.

15. E li luoghi alti ed eminenti de' torrenti s' inclinarono, per riposarsi in Ar, per abitare ne' confini de' Moabiti.

16. E in quello luogo apparve uno pozzo, dove parlò Iddio a Moisè, dicendo: rauna il popolo, e darògli dell' acqua (da bevere).

10. Profectique filii Israel castrametati sunt in Oboth.

11. Unde egressi fixere tentoria in Jeabarim, in solitudine, quæ respicit Moab contra orientalem plagam.

12. Et inde moventes, venerunt ad torrentem Zared.

13. Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, et prominet in finibus Amorrhæi; siquidem Arnon terminus est Moab, dividens Moabitas et Amorrhæos.

14. Unde dicitur in libro bellorum Domini: Sicut fecit in Mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.

15. Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Ar, et recumberent in finibus Moabitarum.

16. Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, et dabo ei aquam.

Digitized by Google

17. E cantò il popolo d' Israel in questo luogo: vegna il pozzo,

18. (e rallegrianci del pozzo,) il quale cavaro li principi del popolo, e prepararono i duchi della moltitudine nel datore della legge e nelli baculi sui. E partironsi della solitudine di Matana.

19. Di Matana in Naaliel, e di Naaliel in Bamot.

20. Bamot si è una valle nelle parti di Moab dal monte di Fasga, che guarda dalla parte del deserto.

21. Mandò il popolo d' Israeli messi a Seon re degli Amorrei, dicendo:

22. Prègati il popolo d' Israel, che tu ci lasci passare per la terra tua; non anderemo noi nè per campi nè per vigne, nè non beveremo acqua delli pozzi; sempre noi anderemo per strada regale, insino a tanto che aviamo passato per lo tuo territorio.

23. E egli non volse concedere che il popolo d' Israel passasse per lo suo terreno: anco fece più;

17. Tunc cecinit Israel carmen istud: Ascendat puteus. Concinebant:

18. Puteus, quem foderunt principes, et paraverunt duces multitudinis in datore legis, et in baculis suis. De solitudine, Matthana;

19. de Matthana in Nahaliel; de Nahaliel, in Bamoth;

20. de Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum.

21. Misit autem Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens:

22. Obsecro, ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros et vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos.

23. Qui concedere noluit, ut transiret Israel per fines suos; quin potius, exercitu congregato, egressus est obviam in desertum, et venit in Jasa, pugnavitque contra eum.

Digitized by Google

chè raunò lo esercito, e uscilli incontro nel deserto, e venne in Iasa, e pugnò contra lui.

24. E fue percosso da loro, e ferito col coltello. E possederono la terra sua, da Arnon insino in Ieboc. E i figliuoli d' Ammon, però ch' erano nelle fortezze e tenute forti, tenevano i termini degli Ammoniti.

25. Tolse il popolo d' Israel tutte le loro cittadi; e abitò nelle terre degli Amorrei, in Esebon e nelli suoi confini.

26. La terra di Esebon si fue di Seon re degli Amorrei, il quale pugnò contro al re di Moab, e tolse tutte le terre ch' egli avea sotto la sua signorìa insino ad Arnon

27. E però si dice nel proverbio: venite in Esebon, ed edìfichisi e murisi la città di Seon.

28. Lo fuoco sì venne di Esebon, e la fiamma del castello di Seon; e divoroe Ar de' Moabiti, e gli abitatori delli luochi alti di Arnon.

29. Guai a te, Moab; peristi, popolo di Camos;

24. A quo percussus est in ore gladii, et possessa est terra ejus ab Arnon usque Jeboc, et filios Ammon; quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum.

25. Tulit ergo Israel omnes civitates ejus, et habitavit in urbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, et viculis ejus.

26. Urbs Hesebon fuit Sehon regis Ammorrhæi, qui pugnavit contra regem Moab; et tulit omnem terram, quæ ditionis illius fuerat, usque Arnon.

27. Idcirco dicitur in proverbio: Venite in Hesebon, ædificetur, et construatur civitas Sehon.

28. Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, et devoravit Ar Moabitarum, et habitatores excelsorum Arnon.

29. Væ tibi Moab, periisti populo Chamos. Dedit filios ejus in fugam, et filias in ca-

Digitized by Google

diede i figliuoli suoi in fuga, e le figliuole per prigioni a Seon re degli Amorrei.

30. La fatica loro venne meno da Esebon insino a Dibon; e affaticati vennero in Nofe, e insino a Medaba.

31. Abitò il popolo d' Israel nella terra degli Amorrei.

32. Mandò Moisè a spiare Iazer, de' quali pigliarono le ville, e possederono li abitatori.

33. Voltoronsi, e ascesero per la via di Basan; e incontro venne il re Basan, con tutto il popolo suo, per combattere in Edrai.

34. E disse Iddio a Moisè: non lo temere; perciò che nelle tue mani io lo ti darò, e tutto il popolo suo, e le sue terre; fae a lui, come facesti a Seon re degli Amorrei, e abitatori di Esebon.

35. Percossero dunque costui, con tutti i suoi figliuoli, e tutto il suo popolo insino all' ultimo; e possederono la terra sua.

ptivitatem regi Amorrhæorum Sehon.

30. Jugum ipsorum disperiit ab Hesebon usque Dibon, lassi pervenerunt in Nophe, et usque Medaba.

31. Habitavit itaque Israel in terra Ammorrhæi.

32. Misitque Moyses, qui explorarent Jazer; cujus ceperunt viculos, et possederunt habitatores.

33. Verteruntque se, et ascenderunt per viam Basan, et occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai.

34. Dixitque Dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, et omnem populum, ac terram ejus: faciesque illi, sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon.

35. Percusserunt igitur et hunc cum filiis suis, universumque populum ejus usque ad internecionem, et possederunt terram illius.

Digitized by Google

CAPO XXII.

1. Partironsi, e puosero le loro abitazioni nelli piani di Moab, ove [al di là] del Giordano è posta Gerico.

2. Vedendo Balac, figliuolo di Sefor, ciò che avea fatto il popolo d' Israel all' Amorreo;

3. e [come] i Moabiti lo avesser temuto, e (col suo aiuto) non si potesse da lui difendere;

4. disse a tutti i savi di Madian: così ci farà questo popolo a noi, e ucciderà tutti i nostri contadini, come suole lo bue mangiare l' erbe insino alle radici. Egli era re in quello tempo in Moab.

5. Mandò dunque i messi a Balaam figliuolo di Beor, divinatore, il quale abitava sopra lo fiume delle terre de' figliuoli d' Ammon, acciò che lo chiamassero, e dicessergli: egli è uscito uno popolo d' Egitto, il quale copre tutta la terra, e vennero presso a me.

CAPUT XXII.

1. Profectique castrametati sunt in campestribus Moab, ubi trans Jordanem Jericho sita est.

2. Videns autem Balac filius Sephor omnia, quæ fecerat Israel Amorrhæo,

3. et quod pertimuissent eum Moabitæ, et impetum ejus ferre non possent,

4. dixit ad majores natu Madian: Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere. Ipse erat eo tempore rex in Moab.

5. Misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, ut vocarent eum, et dicerent: Ecce egressus est populus ex Aegypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me.

Digitized by Google

6. Vieni, e maledici questo popolo, il quale è più forte di me, sì ch' io lo possa percuotere e cacciare delle terre mie. Io so bene, che colui il quale tu benedirai sarà benedetto, e colui il quale tu maledicerai sarà maledetto.

7. Andarono i savii di Moab, e gli antichi di Madian, avendo lo prezzo della indovinazione con loro. E venendo a Balaam, dissergli ogni cosa che Balac avea detto.

8. Ed egli rispuose loro: istate qui istanotte, e io vi risponderò ciò che Dio mi dirà. E istando coloro con Balaam, venne Iddio, e dissegli:

9. Che voglion questi uomini da te?

10. Ed egli rispuose: Balac figliuolo di Sefor, re de' Moabiti, mandò a me, dicendo:

11. Ecco il popolo che è uscito d' Egitto, e copre tutta la terra; e imperciò vieni e maledicilo, sì e per tale modo ch' io possa pugnare contro a lui, e cacciarlo della terra mia.

12. E Iddio disse a Balaam: non andare con

6. Veni igitur, et maledic populo huic, quia fortior me est: si quo modo possim percutere et ejicere eum de terra mea: novi enim, quod benedictus sit cui benedixeris, et maledictus, in quem maledicta congesseris.

7. Perrexeruntque seniores Moab, et majores natu Madian, habentes divinationis pretium in manibus. Cumque venissent ad Balaam, et narrassent ei omnia verba Balac;

8. ille Manete respondit: hic nocte, et respondebo quidquid mihi dixerit Dominus. Manentibus illis apud Balaam, venit Deus, et ait ad eum:

9. Quid sibi volunt homines isti apud te?

10. Despondit: Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, dicens:

11. Ecce populus qui egressus est de Aegypto, operuit superficiem terræ: veni, et maledic ei, si quo modo possim pugnans abigere eum.

Digitized by Google

loro, e non maledire il popolo, imperò ch' egli è benedetto.

13. Ed egli, levato la mattiua, disse agli ambasciatori: andate nella terra vostra, perciò che Iddio m' hae comandato ch' io non vegna con voi.

14. E tornarono gli ambasciatori, e dissero a Balac: non volle Balaam venire con noi.

15. Ed egli da capo vi mandò più e migliori e potenti uomini, che non avea mandato in prima.

16. E giugnendo a Balaam, sì gli dissero: questo ti dice Balac, figliuolo di Sefor: non temere di venire a me;

17. però ch' io sono apparecchiato di meritarti bene, e ciò che chiederai io ti darò; vieni e maledici questo popolo.

18. Rispuose Balaam: se Balac mi desse la casa sua, piena d' oro e d' ariento, io non potrei mutare la parola di Dio, ch' io dicessi meno o più.

19. E pregovi che istiate quivi istanotte, acciò

12. Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo: quia benedictus est.

13. Qui mane consurgens dixit ad principes: ite in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum.

14. Reversi principes dixerunt ad Balac: Noluit Balaam venire nobiscum.

15. Rursum ille multo plures et nobiliores, quam ante miserat, misit.

16. Qui cum venissent ad Balaam, dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cuncteris venire ad me:

17. paratus sum honorare te, et quidquid volueris dabo tibi: veni, et maledic populo isti.

18. Respondit Balaam: Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti et auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus vel minus loquar.

19, Obsecro ut hic maneatis etiam hac nocte, et scire

Digitized by Google

ch' io possa sapere da capo quello che Iddio mi risponde.

20. Venne Iddio a Balaam in quella notte, e dissegli: se questi uomini ti sono venuti a chiamare, lièvati e va con loro; e non di meno guarda che non faccia se non quello ch' io ti dirò.

21. Levossi Balaam la mattina; e presa l' asina sua, andava con loro.

22. Onde intervenne che Iddio s' adirò con lui. E puosesi l' angelo di Dio contro a Balaam nella via; il quale sedeva in su l' asina, e avea due fanciulli con lui.

23. E vedendo l' asina l' angelo di Dio istare nella via, col coltello ignudo in mano, sì si cessò della via dove andava, e incominciò ad andare per lo campo. Vedendo Balaam questo (che l' asina faceva), sì le dava e battevala, volendola reducere alla via.

24. E puosesi l' angelo, nel mezzo della via, infra due siepi di vigna.

queam, quid mihi rursum respondeat Dominus.

20. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, et ait ei: Si vocare te venerunt homines isti, surge, et vade cum eis: ita duntaxat, ut quod tibi præcepero, facias.

21. Surrexit Balaam mane, et strata asina sua profectus est cum eis.

22. Et iratus est Deus. Stetitque Angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ, et duos pueros habebat secum.

23. Cernens asina Angelum stantem in via, evaginato gladio, avertit se de itinere, et ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, et vellet ad semitam reducere,

24. stetit Angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur.

Digitized by Google

25. E vedendolo, l' asina sì s' accostò all' uno muro della vigna, sì che Balaam percosse il piede al muro; e sempre quegli la batteva.

26. E sempre l' angelo istava al luogo istretto, dove l' asina non poteva andare da alcuna parte.

27. E vedendo l' asina pure istare fermo l' angelo, cadde sotto a Balaam; ed egli irato sì la batteva fortemente con un bastone a' fianchi.

28. Aperse Iddio la bocca dell' asina; e sì parlò, e disse: che t' hoe fatto, che tu m' hai oggi tre volte tanto battuta?

29. Rispuose Balaam: però che tu l' hai meritato, chè tu fai beffe di me; se io avessi uno coltello, io ti ucciderei.

30. Risponde l' asina: non sono io lo tuo animale, sopra il quale tu sei uso di sedere insino al dì d' oggi? dimmi: fèciti io mai più questo? Rispuose Balaam; non giammai.

31. E in quello punto aperse Iddio gli occhii a Balaam; e vidde l' angelo il quale istava nella via

25. Quem videns asina junxit se parieti, et attrivit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam;

26. et nihilominus Angelus ad locum angustum transiens, ubi nec ad dexteram, nec ad sinistram poterat deviare, obvius stetit.

27. Cumque vidisset asina stantem Angelum, concidit sub pedibus sedentis: qui iratus, vehementius cædebat fuste latera ejus.

28. Aperuitque Dominus os asinae, et locuta est: Quid feci tibi? cur percutis me? ecce jam tertio?

29. Respondit Balaam: Quia commeruisti, et illusisti mihi: utinam haberem gladium, ut te percuterem.

30. Dixit asina: Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consuevisti usque in præsentem diem? dic, quid simile unquam fecerim tibi? At ille ait: Numquam.

31. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, et vidit

Digitized by Google

col coltello ignudo in mano, e (Balaam) si gittò in terra, e adorollo.

32. E l' angelo gli disse: perchè hai tu battuto tanto l' asina tua per tre volte? Io venni a pormiti incontro nella via, perciò che la tua via è ria, e a me sì è contraria.

33. E se l' asina tua non si fosse levata della via, io t' avria morto, e l' asina sì sarebbe rimasa viva.

34. Disse Balaam: io ho peccato, non sapendo che tu istessi contro a me; e imperciò, se ti dispiace ch' io vada, io mi ritornerò.

35. E l' angelo gli disse: va con questi, ma guarda che tu non parli alcuna cosa, se non quello ch' io ti dirò. E allora andò con quelli ambassadori.

36. Udendo Balac che venisse Balaam, andogli incontro nello castello de' Moabiti, il quale si è nei confini di Arnon.

37. E (allora) disse a Balaam: io mandai messi che ti comandassero; perchè non venisti tu a me

Angelum stantem in via evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram.

32. Cui Angelus: Cur, inquit, tertio verberas asinam tuam? Ego veni, ut adversarer tibi, quia perversa est via tua, mihique contraria:

33. et nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, et illa viveret.

34. Dixit Balaam: Peccavi, nesciens quod tu stares contra me: et nunc, si displicet tibi ut vadam, revertar.

35. Ait Angelus: Vade cum istis, et cave ne aliud, quam præcepero tibi loquaris. Ivit igitur cum principibus.

36. Quod cum audisset Balac, egressus est in occursum ejus in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon.

37. Dixitque ad Balaam: Misi nuntios ut vocarem te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedem adventui tuo reddere nequeo?

Digitized by Google

incontanente? avevi tu paura, ch' io non ti meritassi della tua fatica?

38. Ed egli rispuose: io (sono venuto, e) sono nella tua presenza; nè non credere tu, ch' io possa parlare, se non quello che Iddio m' imporrà nella bocca.

39. Andarono insieme; e vennero in una cittade, la quale è ne' confini delle terre sue.

40. E avendo ucciso Balac buoi e pecore assai, mandolle a Balaam, e alli principi ch' erano con lui, e mandò danari.

41. Fatta la mattina, sì il menò nel luogo in alto di Baal, e mostròglì una parte del popolo d' Israel.

CAPO XXIII.

1. Disse Balaam a Balac: fammi edificare sette altari, e apparecchia altrettanti vitelli e altrettanti montoni.

2. E avendo fatto Balac secondo che parlò Balaam, (fece preparare le bestie; e) puoseno insieme il vitello e il montone sopra l' altare.

38. Cui ille respondit: Ecce adsum: numquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo?

39. Perrexerunt ergo simul, et venerunt in urbem, quæ in extremis regni ejus finibus erat.

40. Cumque occidisset Balac boves et oves, misit ad Balaam, et principes, qui cum eo erant, munera.

41. Mane autem facte duxit eum ad excelsa Baal, et intuitus est extremam partem populi.

CAPUT XXIII.

1. Dixitque Balaam ad Balac: Aedifica mihi hic septem aras, et para totidem vitulos, ejusdemque numeri arietes.

2. Cumque fecisset juxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum et arietem super aram.

Digitized by Google

3. E disse Balaam a Balac: sta uno poco appresso il tuo sacrificio, insino a tanto ch' io vada a vedere, se Iddio apparisce a me; e ciò ch' egli comanderà, io ti dirò.

4. E sì tosto com' egli si fue partito, Iddio gli apparve. E parlò Balaam a Dio, e dissegli: io t' hoe rizzati sette altari, e sopra ognuno puosi uno vitello e uno montone.

5. E (dopo questo,) Dio gli puose in bocca quello che dovesse parlare, e dissegli: torna a Balac, e parlerai questo.

6. E egli, tornando a Balac, trovollo presso al suo sacrificio, e tutti i principi de' Moabiti.

7. E incominciò a parlare, dicendo: di Aram mi ha fatto venire Balac, re de' Moabiti, de' monti d' oriente: vieni, disse, e maledici Iacob; va, e biastema Israel.

8. Come maledicerò colui che Iddio non ha maledetto? Con che ragione abbominerò io coloro che Iddio non ha abbominato?

3. Dixitque Balaam ad Balac: Sta paulisper juxta holocaustum tuum, donec vadam, si forte occurat mihi Dominus, et quodcunque imperaverit, loquar tibi.

4. Cunque abiisset velociter, occurrit illi Deus. Locutusque ad eum Balaam: Septem, inquit, aras erexi, et imposui vitulum et arietem desuper.

5. Dominus autem posuit verbum in ore ejus, et ait: Revertere ad Balac, et hæc loqueris.

6. Reversus invenit stantem Balac juxta holocaustum suum, et omnes principes Moabitarum:

7. assumtaque parabola sua, dixit: De Aram adduxit me Balac, rex Moabitarum, de montibus Orientis. Veni, inquit, et maledic Jacob: propera et detestare Israel.

8. Quo modo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur?

Digitized by Google

9. Io gli vederò della sommità del monte e dei monti piccoli, e sì gli considererò. Ed egli abiterà (per sè) popolo solo, e infra le genti non sarà reputato.

10. Chi potrebbe annumerare la polvere di Jacob, e sapere il numero della schiatta d' Israel? Muoia l' anima mia della morte de' giusti, e [sia] la vita mia simile alla loro.

11. Disse Balac a Balaam: che è quello che tu fai? Acciò che tu maledicessi li nemici miei io ti feci venire qua; e tu per contrario gli benedici?

12. Rispuose Balaam: io non posso parlare, se non quello che m' hae comandato Iddio.

13. E Balac disse (a Balaam): vieni meco in una altra parte, dove tu vederai parte del popolo, e tutto nol potrai vedere (da quella parte); e di là fae che tu lo maledichi.

14. E quando l' ebbe menato più in alto nel monte di Fasga, edificò Balaam sette altari; e puose sopra ognuno, vitello uno e uno montone.

9. De summis silicibus videbo eum, et de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, et inter gentes non reputabitur.

10. Quis dinumerare possit pulverem Jacob, et nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte justorum et fiant novissima mea horum similia.

11. Dixitque Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? ut malediceres inimicis meis vocavi te: et tu e contrario benedicis eis.

12. Cui ille respondit: Num aliud possum loqui, nisi quud jusserit Dominus?

13. Dixit ergo Balac: Veni mecum in alterum locum unde partem Israel videas, et totum videre non possis, inde maledicito ei.

14. Cumque duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificavit Balaam septem aras, et impositis supra vitulo atque ariete,

Digitized by Google

15. E disse a Balac: istà qui presso al tuo olocausto, insino ch' io vada incontro a Dio.

16. E trovato ch' ebbe Iddio, prestogli Iddio nella bocca quello che dovesse parlare, e sì gli disse: ritorna a Balac, e parlagli quello ch' io t' hoe detto.

17. E tornato, sì lo trovò presso al suo olocausto, e li principi de' Moabiti con lui. E Balac disse: che hai tu parlato a Dio?

18. Cominciò Balaam a parlare, e disse: istà Balac, e ascolta; odi, figliuolo di Sefor.

19. Non è Iddio come uomo che menta, nè come uomo che si muti. Non è egli colui che dica la cosa, e non la faccia; e non parla invano.

20. Io sono menato a benedicere, e alla benedizione non posso obviare.

21. Sappi che in Jacob non è idolo, nè si vede statua in Israel. Il Signore mio Iddio è con loro; e ogni vittoria hanno con loro.

15. dixit ad Balac: Sta hic juxta holocaustum tuum, donec ego obvius pergam.

16. Cui cum Dominus occurrisset, posuissetque verbum in ore ejus, ait: Revertere ad Balac, et hæc loqueris ei.

17. Reversus invenit eum stantem juxta holocaustum suum, et principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus est Dominus?

18. At ille assumta parabola sua, ait: Sta Balac, et ausculta, audi fili Sephor:

19. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit ergo, et non faciet? locutus est, et non implebit?

20. Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo.

21. Non est idolum in Jacob, nec videtur simulacrum in Israel. Dominus Deus ejus cum eo est, et clangor victoriæ regis in illo.

Digitized by Google

22. E Iddio gli ha menati d' Egitto, la cui fortezza è simile all' unicorno.

23. Non fanno malìe in Iacob, nè indovinazione in Israel. Tutto il tempo loro saranno detti, Iacob e Israel, l' operazione di Dio.

24. Ecco il popolo come leonessa si leverà, e come leone si dirizzerà; non dormirà (lo leone), insino a tanto che non levi preda, e bea lo sangue delle bestie morte.

25. Disse Balac a Balaam: non lo maledicere, e non lo benedicere.

26. Ed egli rispuose; non t' hoe detto, che ciò che Iddio mi comanda io farò?

27. E Balac gli disse: vieni, e menerotti a uno altro luogo; e forse piacerà a Dio che li maledichi d' indi.

28. E menato che l' ebbe sopra il uonte di Fogor, riguardò la solitudine.

29. E dissegli Balaam: edifica qui sette altari, e apparecchia tanti vitelli e montoni.

22. Deus eduxit illum de Aegypto, cujus fortitudo similis est rhinocerotis.

23. Non est augurium in Jacob, nec divinatio in Israel. Temporibus suis dicetur Jacob et Israel, quid operatus sit Deus.

24. Ecce populus ut leæna consurget, et quasi leo erigetur: non accubabit, donec devoret prædam, et occisorum sanguinem bibat.

25. Dixitque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas.

26. Et ille ait: Nonne dixi tibi quod quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerem?

27. Et ait Balac ad eum: Veni, et ducam te ad alium locum: si forte placeat Deo, ut inde maledicas eis.

28. Cumque duxisset eum supet verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem,

29. dixit ei Balaam: Aedifica mihi hic septem aras, et para totidem vitulos, ejusdemque numeri arietes.

Digitized by Google

30. Fece Balac come disse Balaam; e pose li vitelli e li montoni sopra ogni altare.

CAPO XXIIII.

1. Come Balaam vide che a Dio piacesse ch' egli benedicesse Israel, non andò più dov' era andato prima ad auguriare, ma volse sè dinanzi al deserto.

2. E levando gli occhi al popolo d' Israel, videli con le loro tende, ciascheduno nella tribù (della gente) sua; e ripieno dello spirito di Dio,

3. incominciò a parlare, e disse: Balaam, figliuolo di Beor; disse l' uomo a cui otturato è l' occhio;

4. disse lo uditore de' sermoni di Dio, lo quale ha veduto la visione dell' Onnipotente, lo quale cade, e così sono aperti li occhii suoi:

5. Perciò che i tuoi tabernacoli sono belli, Iacob, e le tue tende, Israel!

30. Fecit Balac ut Balaam dixerat; imposuitque vitulos et arietes per singulas aras.

CAPUT XXIV.

1. Cumque vidisset Balaam, quod placeret Domino, ut benediceret Israeli, nequaquam abiit, ut ante perrexerat, ut augurium quæreret; sed dirigens contra desertum vultum suum,

2. et elevans oculos, vidit Israel in tentoriis commorantem per tribus suas; et irruente in se spiritu Dei,

3. assumta parabola ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus est oculus:

4. dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit, et sic aperiuntur oculi ejus:

5. Quam pulchra tabernacula tua Jacob, et tentoria tua Israel!

Digitized by Google

6. Come sono le valli inarborate, e gli orti che sono presso ai fiumi, inacquati, e come i tabernacoli che puose Iddio, come i cedri che sono presso all' acqua!

7. E isparge l' acqua colla secchia sua, e lo seme suo sarà in grande abbondanza. E sarà rapito per cagione di Agag il re suo, e saragli preso lo regno suo.

8. Iddio lo menò d' Egitto, la cui fortezza è simile all' unicorno; la gente divorerà lo esercito suo; l' ossa loro romperanno, e la carne foreranno con saette.

9. Riposandosi dormirà come leone, e come leonessa, che (per paura) niuno sarà auso di suscitarla. Chi sarae colui che ti benedicerà, sarae benedetto; e chi ti maledicerà, nella maledizione sarà maledetto.

10. Adirossi Balac, e minacciando colle mani, disse: io ti feci venire a maledicere li miei nemici, della qual cosa hae fatto lo contrario; tre volte tu li hai benedetti.

6. ut valles nemorosæ, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas.

7. Fluet aqua de situla ejus, et semen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag, rex ejus, et auferetur regnum illius.

8. Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Devorabunt gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, et perforabunt sagittis.

9. Accubans dormivit, ut leo, et quasi leæna, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit et ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur.

10. Iratusque Balac contra Balaam, complosis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocavi te, quibus e contrario tertio benedixisti:

Digitized by Google

11. Perciò tòrnati al luogo tuo. Io m' avea posto in core di onorarti grandemente; ma Iddio ti hae privato di questo onore.

12. Rispuose Balaam a Balac: non lo dissi io ai tuoi messi, che tu mi mandasti,

13. che se tu mi dessi tutte le tue case, piene d' oro e d' ariento, io non posso preterire il sermone del mio Signore Iddio, però ch' io non parlo alcuna cosa, in bene ovver in male, salvo quello parlare che il mio Signor Iddio m' ha detto?

14. Nondimeno vieni al popolo mio; e io ti darò consiglio, che faccia lo popolo tuo a questo popolo nell' ultimo tempo.

15. Incominciò a parlare, e ridisse un' altra volta: disse Balaam figliuolo di Beor; disse l' uomo a cui era iscurato l' occhio;

16. disse l' uditore de' sermoni di Dio, che cognobbe la dottrina dell' altissimo, e le visioni dell' Onnipotente vede, e cadendo hae aperto gli occhii:

11. revertere ad locum tuum! Decreveram quidem magnifice honorare te, sed Dominus privavit te honore disposito.

12. Respondit Balaam ad Balac: Nonne nuntiis tuis, quos misisti ad me, dixi:

13. Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti et auri, non potero præterire sermonem Domini Dei mei, ut vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: sed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar?

14. Verumtamen pergens ad populum meum, dabo consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore.

15. Sumta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus est oculus:

16. dixit auditor sermonum Dei, qui novit doctrinam Altissimi, et visiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos.

Digitized by Google

17. vederollo, ma non testè; vederollo, ma non appresso. Egli nascerà una stella di Iacob, e leverassi una virga d' Israel, e percoterà i duchi di Moab, e guasterà i duchi di Moab, e guasterà ogni figliuolo di Set.

18. E sarà Idumea sua possessione: la eredità di Seir farà luogo a' suoi nemici: Israel adopererà fortemente.

19. Di Iacob sarà chi signoreggi; e verranno meno le reliquie della città.

20. Vedendo Amalec, incominciò a parlare, e disse: principio è della gente Amalec, li cui confini si perderanno.

21. Vedendo Cineo, incominciò a parlare, e disse: robusta è la tua abitazione; ma se tu ponessi nella pietra lo tuo nido,

22. e fossi eletto dalla gente di Cin, (e istessi), quanto potresti istare? Assur ti piglierà.

23. E anco parlò più, e disse: oimè, chi sarà vincitore, quando Iddio farà queste cose?

17. Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Jacob, et consurget virga de Israel, et percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth.

18. Et erit Idumæa possesseo ejus: hereditas Seir cedet inimicis suis: Israel vero fortiter aget.

19. De Jacob erit, qui dominetur, et perdat reliquias civitatis.

20. Cumque vidisset Amalec, assumens parabulam, ait: Principium gentium Amalec, cujus extrema perdentur.

21. Vidit quoque Cinæum, et assunta parabola, ait: Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum,

22. et fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te.

23. Assumtaque parabola iterum locutus est: Heu, quis victurus est, quando ista faciet Deus?

Digitized by Google

24. Loro verranno con le navi da tre remi d' Italia, e vinceranno gli Assirii, guasteranno gli Ebrei, e all' ultimo loro periranno.

25. Levossi Balaam, e tornossi nel luogo suo; e Balac si tornò per quella via ch' era venuto.

CAPO XXV.

1. E istava in quello tempo il popolo d' Israel in Setim; e peccarono colle figliuole di Moab.

2. E loro gli chiamarono ai loro sacrificii; e loro mangiarono con loro, e adorarono il loro Iddio.

3. E seguitarono Israel Beelfegor. E adirossi Iddio,

4. e disse a Moisè: tuogli tutti i principi del popolo, e impiccali contro al sole nelle forche, acciò che il mio furore si lievi d' Israel.

5. Disse alli giudici d' Israel Moisè: vada ognuno, e uccida lo prossimo suo che seguitò Beelfegor.

24. Venient in trieribus de Italia, superabuntque Assyrios vastabuntque Hebræos, et ad extremum etiam ipsi peribunt.

25. Surrexitque Balaam, et reversus est in locum suum; Balac quoque via, qua venerat, rediit.

CAPUT XXV.

1. Morabatur autem eo tempore Israel in Setim, et fornicatus est populus cum filiabus Moab,

2. quæ vocaverunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt et adoraverunt deos earum.

3. Initiatusque est Israel Beelphegor; et iratus Dominus,

4. ait ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, et suspende eos contra solem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel.

5. Dixitque Moyses ad judices Israel: Occidat unusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor.

Digitized by Google

6. Ed ecco uno de' figliuoli d' Israel, in presenza de' suoi fratelli, entrò al bordello de' Madianiti, vedendolo Moisè e tutto il popolo d' Israel, che piagnea dinanzi alle porte del tabernacolo.

7. Vedendolo Finees figliuolo di Eleazar, figliuolo di Aaron, levossi del mezzo della moltitudine; e preso lo coltello,

8. andò di dietro a quello uomo d' Israel nel bordello; e trapassogli amendue insieme, l' uomo e la donna, nel luogo dove si genera. E cessò la piaga de' figliuoli d' Israel.

9. E uccisero XXIIII milia d' uomini.

10. Disse Iddio a Moisè:

11. Finees figliuolo di Eleazaro, figliuolo di Aaron sacerdote, levoe l' ira mia dai figliuoli d' Israel; perciò che, per grande amore ch' egli m' avea, si levoe contro a loro, acciò ch' io non li facessi perire nello mio furore.

12. E imperciò parlagli, e digli: Iddio ti darà parte della oblazione del tabernacolo.

6. Et ecce unus de filiis Israel intravit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyse, et omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi.

7. Quod cum vidisset Phinees, filius Eleazari filii Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, et arrepto pugione,

8. ingressus est post virum Israelitem in lupanar, et perfodit ambos simul, virum scilicet et mulierem in locis genitalibus. Cessavitque plaga a filiis Israel:

9. et occisi sunt viginti quatuor millia hominum.

10. Dixitque Dominus ad Moysen:

11. Phinees, filius Eleazari filii Aaron sacerdotis, avertit iram meam a filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerem filios Israel in zelo meo:

12. idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem foederis mei,

Digitized by Google

13. a te e alla tua progenie; e sarà patto sacerdotale in sempiterno; imperciò che amò lo suo Iddio, e levò la mia indignazione d' Israel.

14. Lo nome di quello israelita, che fue morto con quella Madianite, fu Zambri figliuolo di Salu, duca della gente della tribù di Simeon.

15. E la donna Madianita, la qual fu uccisa con lui insieme, avea nome Cozbi figliuola di Sur, principe nobile de' Madianiti.

16. Parlò Iddio a Moisè, e disse:

17. Fate che vi senta l' oste de' Madianiti, e percotetegli;

18. perciò che loro vennero contro a voi per modo [ostile], e ingannaronvi per l' idolo di Fogor, e per Cozbi figliuola del duca de' Madianiti, sorella sua, la quale fue percossa, lo die della piaga, per lo sacrilegio di Fogor.

13. et erit tam ipsi quam semini ejus pactum sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, et expiavit scelus filiorum Israel.

14. Erat autem nomen viri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione et tribu Simeonis.

15. Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum.

16. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

17. Hostes vos sentiant Madianitæ, et percutite eos:

18. quia et ipsi hostiliter egerunt contra vos, et decepere insidiis per idolum Phogor, et Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

Digitized by Google

CAPO XXVI.

1. Poi che il sangue di coloro che aveano peccato fu isparso, disse Iddio a Moisè e ad Eleazaro figliuolo di Aaron sacerdote:

2. Annumererete tutta la gente de' figliuoli d' Israel da venti anni in su, per tutte le case e per tutte le loro cognazioni, i quali a battaglia possono andare.

3. Parlarono Moisè ed Eleazaro [sacerdote], nelle parti di Moab sopra il Giordano, dirincontro a Gerico, a tutti coloro i quali erano

4. da venti anni in su, come Iddio comandò; de' quali questo è il numero.

5. Ruben, primogenito d' Israel; di costui fue figliuolo Enoc, da cui procede la famiglia degli Enochiti; e Fallu, da cui procede la famiglia de' Falluiti;

6. ed Esron, da cui procede la famiglia de' Esro-

CAPUT XXVI.

1. Postquam noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen et Eleazarum filium Aaron sacerdotem:

2. Numerate omnem summam filiorum Israel a viginti annis et supra, per domos et cognationes suas, cunctos, qui possunt ad bella procedere.

3. Locuti sunt itaque Moyses et Eleazar sacerdos in campestribus Moab super Jordanem contra Jericho, ad eos, qui erant

4. a viginti annis et supra, sicut Dominus imperaverat, quorum iste est numerus.

5. Ruben primogenitus Israel; hujus filius, Henoch, a quo familia Henochitarum; et Phallu, a quo familia Phalluitarum;

6. et Hesron, a quo familia Hesronitarum; et Charmi, a quo familia Charmitarum.

Digitized by Google

niti; e Carmi, dal qual processe la famiglia dei Carmiti.

7. Queste sono le famiglie della schiatta di Ruben; di quali si trovarono per numero di quarantatre milia settecentotrenta.

8. Il figliuolo di Fallu, Eliab; di cui l figliuoli furono Namuel e Datan e Abiron.

9. Questi sono Datan e Abiron, principi del popolo, i quali si levarono contro a Moisè e Aaron per aiuto di Core, quando si ribellarono contro a Dio;

10. e aprendo la terra la bocca sua, divoroe Core, morendo molti, quando il fuoco arse ducento cinquanta uomini; e fue grande miracolo,

11. che morendo Core, non morirono i figliuoli suoi.

12. Li figliuoli di Simeon per la sua ischiatta: Namuel; da costui uscì la famiglia de' Namueliti: Iamin; di costui uscì la famiglia de' Iaminiti: Iachin; di costui uscì la famiglia de' Iachiniti:

7. Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben, quarum numerus inventus est quadraginta tria millia, et septingenti triginta.

8. Filius Phallu, Eliab; hujus filii, Namuel et Dathan et Abiron.

9. Isti sunt Dathan et Abiron principes populi, qui surrexerunt contra Moysen et Aaron in seditione Core, quando adversus Dominum rebellaverunt;

10. et aperiens terra os suum devoravit Core, morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum,

11. ut, Core pereunte, filii illius non perirent.

12. Filii Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum; Jamin, ab hoc familia Jaminitarum; Jachin, ab hoc familia Jachinitarum:

Digitized by Google

13. Zare; da costui uscì la famiglia de' Zareitari: Saul; da costui uscì la famiglia de' Sauliti.

14. Queste sono le famiglie della schiatta di Simeon; de' quali fue il numero ventiduo milia ducento.

15. E li figliuoli di Gad, per le sue famiglie: Sefon; da costui uscì la famiglia de' Sefoniti: Aggi; da costui uscì la famiglia degli Aggiti; Suni; da costui uscì la famiglia degli Suniti:

16. Ozni; da costui uscì la famiglia degli Ozniti: Eri; da costui uscì la famiglia degli Eriti:

17. Arod; da costui uscì la famiglia degli Aroditi: Ariel; da costui uscì la famiglia degli Arieliti.

18. Queste sono le famiglie di Gad; di quali fue il numero quaranta migliaia e cinquecento.

19. I figliuoli di Iuda; Er e Onan, i quali morirono nella terra de' Cananei.

20. Questa è la gente di Giuda per le loro famiglie: Sela, da cui uscì la famiglia de' Selaiti: Fares; da costui uscì la famiglia dei Faresiti: Zare, dal quale uscì la famiglia degli Zareiti.

13. Zare, ab hoc familia Zareitarum; Saul, ab hoc familia Saulitarum;

14. Hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit viginti duo millia ducenti.

15. Filii Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum; Aggi, ab hoc familia Aggitarum; Suni, ab hoc familia Sunitarum;

16. Ozni, ab hoc familia Oznitarum; Her, ab hoc familia Heritarum;

17. Arod, ab hoc familia Aroditarum; Ariel, ab hoc familia Arielitarum.

18. Istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadraginta millia quingenti.

19. Filii Juda, Her, et Onan, qui ambo mortui sunt in terra Chanaan.

20. Fueruntque filii Juda per cognationes suas: Sela, a quo familia Selaitarum; Phares, a quo familia Pharesitarum; Zare, a quo familia Zareitarum.

Digitized by Google

21. E li figliuoli di Fares: Esron; da costui uscì la famiglia degli Esroniti: e Amul, dalla cui famiglia uscì gli Amuliti.

22. Queste sono le famiglie di Giuda; le quali per numero furono settanta sei miglia cinquecento.

23. E i figliuoli d' Issacar per le sue ischiatte: Tola; da costui uscì la famiglia de' Tolaiti: Fua; da costui uscì la famiglia de' Fuaiti:

24. Iasub; da costui uscì la famiglia de' Iasubiti: Semran; da costui uscì la famiglia de' Semraniti.

25. Queste sono le famiglie di Issacar; de' quali è il numero sessantaquattro milia trecento.

26. E i figliuoli di Zabulon per le sue famiglie: Sared; da costui uscì la famiglia de' Sarediti: Elon, del quale uscì la famiglia de' Eloniti: [Ialel, del quale uscì la famiglia de' Ialeliti].

27. Queste sono le famiglie di Zabulon; de' quali fue il numero sessanta milia cinquecento.

21. Porro filii Phares; Hesron, a quo familia Hesronitarum; et Hamul, a quo familia Hamulitarium.

22. Istæ sunt familiæ Juda, quarum omnis fuit septuaginta sex millia quingenti.

23. Filii Issachar per cognationes suas: Thola, a quo familia Tholaitarum; Phua, a quo familia Phuaitarum;

24. Jasub, a quo familia Jasubitarum; Semran, a quo familia Semranitarum.

25. Hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus, fuit sexaginta quatuor millia trecenti.

26. Filii Zabulon per cognationes suas: Sared, a quo familia Sareditarum; Elon, a quo familia Elonitarum; Jalel, a quo familia Jalelitarum.

27. Hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit sexaginta millia quingenti.

Digitized by Google

28. Li figliuoli di Iosef per le sue famiglie: Manasse ed Efraim.

29. Di Manasse nacque Machir, da cui procedè la famiglia de' Machiriti. Machir generoe Galaad, da cui uscì la famiglia de' Galaaditi.

30. Galaad ebbe figliuoli: Iezer, da cui procedè la famiglia degli Iezeriti; ed Elec, dal quale processe la famiglia di Elechiti;

31. e Asriel, del quale uscì la famiglia dei Asrieliti: e Sechem, da cui uscì la famiglia de' Sechemiti;

32. e Semida, da cui uscì la famiglia de' Semidaiti; ed Efer, da cui uscì la famiglia degli Eferiti.

33. E fu Efer padre di Salfaad, il quale non avea figliuoli; ma avea figliuole, delle quali questi sono i nomi: Maala e Noa ed Egla e Melca e Tersa.

34. Queste sono le famiglie di Manasse; il numero di tutte fue cinquantaduo miglia settecento.

35. E i figliuoli di Efraim per le sue famiglie sono questi: Sutala, del quale uscì la famiglia dei

28. Filii Joseph per cognationes suas, Manasse et Ephraim.

29. De Manasse ortus est Machir, a quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, a quo familia Galaaditarum.

30. Galaad habuit filios: Jezer, a quo familia Jezeritarum; et Helec, a quo familia Helecitarum;

31. et Asriel, a quo familia Asrielitarum; et Sechem, a quo familia Sechemitarum;

32. et Semida, a quo familia Semidaitarum; et Hepher, a quo familia Hepheritarum.

33. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantum filias; quarum ista sunt nomina: Maala, et Noa, et Hegla, et Melcha, et Tersa.

34. Hæ sunt familiæ Manasse, et numerus earum, quinquaginta duo millia septingenti.

35. Filii autem Ephraim per cognationes suas fuerunt hi:

Digitized by Google

Sutalaiti; Becher, da cui uscì la famiglia de' Becheriti; Teen, da cui uscì la famiglia de' Teeniti.

36. Ma il figliuolo di Sutala fu Eran, da cui uscì la famiglia degli Eraniti.

37. Queste sono le famiglie di Efraim, de' quali fue lo numero trentaduo milia cinquecento.

38. Questi sono i figliuoli di Iosef per le sue famiglie. I figliuoli di Beniamin per le sue famiglie: Bela, da cui procedè la famiglia de' Belaiti; Asbel, del quale uscì la famiglia degli Asbeliti; Airam, da cui uscì la famiglia degli Airamiti;

39. Sufam, da cui uscì la famiglia de' Sufamiti; Ufam, da cui uscì la famiglia degli Ufamiti.

40. E i figliuoli di Bela: Ered e Noeman. Di Ered, la famiglia de' Erediti; e di Noeman, la famiglia degli Noemaniti.

41. Questi sono li figliuoli di Beniamin per le sue famiglie; i quali furono in numero quarantacinque milia seicento.

Suthala, a quo familia. Suthalaitarum; Becher a quo familia Becheritarum; Thehen, a quo familia Thehenitarum;

36. porro filius Suthala fuit Heran, a quo familia Heranitarum.

37. Hæ sunt cognationes filiorum Ephraim, quarum numerus fuit triginta duo millia quingenti.

38. Isti sunt filii Joseph per familias suas. Filii Benjamin in cognationibus suis: Bela, a quo familia Belaitarum; Asbel, a quo familia Asbelitarum; Ahiram, a quo familia Ahiramitarum;

39. Supham, a quo familia Suphamitarum; Hupham, a quo familia Huphamitarum.

40. Filii Bela: Hered, et Noeman. De Hered, familia Hereditarum; de Noeman, familia Noemanitarum.

41. Hi sunt filii Benjamin per cognationes suas, quorum numerus fuit quadraginta quinque millia sexcenti.

Digitized by Google

42. E li figliuoli di Dan per le sue schiatte: Suam, da cui procedè la famiglia de' Suamiti.

43. E queste schiatte di Dan furono tutte Suamite; delle quali lo numero loro fue sessantaquattro milia quattrocento.

44. E i figliuoli di Aser per tutte le sue schiatte: Iemna, da cui uscì la famiglia de' Iemnaiti: Iessui, da cui uscì la famiglia de' Iessuiti; Brie, da cui uscì la famiglia de' Brieiti.

45. E i figliuoli di Brie: Eber, da cui procedè gli Eberiti; e Melchiel, da cui uscì la famiglia dei Melchieliti.

46. Il nome della figliuola di Aser fue Sara.

47. Queste sono le schiatte d' Aser; e lo numero loro fu cinquanta tre miglia quattrocento.

48. E li figliuoli di Neftali per le sue schiatte: Iesiel, da cui uscì la famiglia de' Iesieliti; Guni, da cui uscì la famiglia de' Guniti;

49. Ieser, da cui uscì la famiglia de' Ieseriti; [Sellem, da cui uscì la famiglia de' Sellemiti].

42. Filii Dan per cognationes suas: Suham, a quo familia Suhamitarum; hæ sunt cognationes Dan per familias suas;

43. omnes fuere Suhamitæ, quorum numerus erat sexaginta quatuor millia quadringenti.

44. Filii Aser per cognationes suas: Jemna, a quo familia Jemnaitarum; Jessui, a quo familia Jessuitarum; Brie, a quo familia Brieitarum.

45. Filii Brie: Heber, a quo familia Heberitarum; et Melchiel, a quo familia Melchielitarum.

46. Nomen autem filiæ Aser, fuit Sara.

47. Hæ cognationes filiorum Aser, et numerus eorum quinquaginta tria millia quadringenti.

48. Filii Nephthali per cognationes suas: Jesiel, a quo familia Jesieliterum; Guni, a quo familia Gunitarum;

49. Jeser, a quo familia Jeseritarum; Sellem, a quo familia Sellemitarum.

Digitized by Google

50. Queste sono le famiglie de' figliuoli di Neftali; de' quali fue il numero quarantacinque milia quattrocento.

51. Questa è la somma de' figliuoli d' Israel; i quali furono annumerati secento milia, e mille settecentotrenta.

52. Parlò Iddio a Moisè, e dissegli:

53. A costoro dividerai la terra, secondo la loro quantità.

54. A' più darai la maggiore parte, e a' meno la minore; a tutti, secondo che ora sono annumerati, darai loro la possessione:

55. sì che, secondo che loro sono, così partano per famiglie.

56. Ciò che tocca loro per sorte, o poco o assai, quello si tolgano.

57. Questo è il numero de' figliuoli di Levi per

50. Hæ sunt cognationes filiorum Nephthali per familias suas, quorum numerus quadraginta quinque millia quadrigenti.

51. Ista est summa filiorum Israel, qui recensiti sunt, sexcenta millia, et mille septingenti triginta.

52. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens;

53. Istis dividetur terra juxta numerum vocabulorum in possessiones suas.

54. Pluribus majorem partem dabis, et paucioribus minorem: singulis, sicut nunc recensiti sunt, tradetur possessio:

55. ita duntaxat, ut sors terram tribubus dividat et familiis.

56. Quidquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores.

57. Hic quoque est numerus filiorum Levi per familias suas: Gerson, a quo familia Gersonitarum; Caath a quo falia Caathitarum, Merari, a quo familia Meraritarum.

Digitized by Google

tutte le loro famiglie: Gerson, da cui procedè la famiglia de' Gersoniti; Caat, da cui procedè la famiglia de' Caatiti; Merari, da cui procedè la famiglia de' Merariti.

58. Queste sono le famiglie di Levi: la famiglia di Lobni, e la famiglia di Ebroni, e la famiglia di Mooli, e la famiglia di Musi, e la famiglia di Core. Vero è che Caat generò Amram,

59. che ebbe per moglie Iocabed, figliuola di Levi, la quale gli nacque in Egitto: costei generoe al marito suo Amram figliuoli, Aaaron e Moisè, e Maria loro sorella.

60. Di Aaron nacquero Nadab e Abiu ed Eleazar e Itamar.

61. De' quali, Nadab e Abiu morirono, perchè offersero il fuoco d' altrui a Dio.

62. E furono in tutto, coloro che furono annumerati, ventitre milia i maschii da uno mese in su; i quali non furono numerati fra gli altri figliuoli d' Israel, nè a loro con gli altri fu data possessione.

58. Hæ sunt familiæ Levi: Familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core. At vero Caath genuit Amram;

59. qui habuit uxorem Jochabed filiam Levi, quæ nata est ei in Aegypto; hæc genuit Amram viro suo filios, Aarou et Moysen, et Mariam sororem eorum.

60. De Aaron orti sunt Nadab et Abiu, et Eleazar et Ithamar;

61. quorum Nadab et Abiu mortui sunt, cum obtulissent ignem alienum coram Domino.

62. Fueruntque omnes, qui numerati sunt, viginti tria millia generis masculini ab uno mense et supra; quia non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum ceteris data possessio est.

Digitized by Google

63. Questo è lo numero de' figliuoli d' Israel, i quali furono numerati da Moisè ed Eleazaro sacerdote nelli campi di Moab, di sopra al Giordano, presso a Gerico.

64. Tra' quali non è alcuno, che fosse annumerato da Moisè e Aaron, quando annumerarono il popolo altra volta nel deserto di Sinai.

65. Dio lo predisse loro, che tutti morrebbero nella solitudine. E però niuno di loro n' era rimaso, se non Caleb figliuolo di Iefone, e Iosuè figliuolo di Nun.

CAPO XXVII.

1. Andarono le figlie di Salfaad, figliuolo di Efer, figliuolo di Galaad, figliuolo di Machir, figliuolo di Manasse, che fu figliuolo di Iosef; delle quali questi sono i nomi: Maala e Noa ed Egla e Melca e Tersa.

2. E istettero in presenza di Moisè e di Eleazaro sacerdote e di tutti i principi del popolo, dinanzi alla porta del tabernacolo del patto, e dissero:

63. Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt a Moyse et Eleazaro sacerdote, in campestribus Moab supra Jordanem contra Jericho;

64. inter quos nullus fuit eorum, qui ante numerati sunt a Moyse et Aaron in deserto Sinai.

65. Prædixerat enim Dominus quod omnes morerentur in solitudine. Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Jephone, et Josue filius Nun.

CAPUT XXVII.

1. Accesserunt autem filiæ Salphaad, filii Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, qui fuit filius Joseph, quarum sunt nomina Maala, et Noa, et Hegla, et Melcha, et Thersa.

2. Steteruntque coram Moyse et Eleazaro sacerdote et cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi fœderis atque dixerunt:

Digitized by Google

3. Il padre nostro sì è morto nel deserto, e non fue in quello consiglio il quale fece Core contro Iddio, ma morio per suo peccato e di sua morte. Costui non ebbe figliuoli maschi. Per quale cagione si è tolto il nome suo della sua famiglia? Però benchè non avesse figliuoli maschii, dateci le possessioni fra i cognati del padre nostro (e a lui succediamo per eredità).

4. Riferì Moisè la causa di queste donne allo giudicio del Signore.

5. Lo quale disse a lui:

6. La dimanda delle figliuole di Salfaad è giusta; dà a loro possessione fra li cognati del padre suo, e a lui succedano in eredità.

7. Ai figliuoli d' Israel parla queste parole:

8. L' uomo che morrà senza figliuolo, alla sua figliuola rimarrà la sua eredità.

9. E se figliuola non avesse, date la eredità ai suoi fratelli.

3. Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione, quæ concitata est contra Dominum sub Core, sed in peccato suo mortuus est: hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habuit filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri.

4. Retulitque Moyses causam earum ad judicium Domini.

5. Qui dixit ad eum:

6. Justam rem postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, et ei in hereditatem succedant.

7. Ad filios autem Israel loqueris hæc:

8. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam ejus transibit hereditas:

9. si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos:

Digitized by Google

10. E se fratelli non avesse, datela a' fratelli del padre suo.

11. E se sanza tutti questi la rimane, datela ai più prossimi parenti. E questa sarà la sua legge santa, perpetuale ai figliuoli d' Israel, secondo che Iddio comandò a Moisè.

12. E disse Iddio a Moisè: sali sopra questo monte Abarim, e ragguarda la terra ch' io debbo dare ai figliuoli d' Israel.

13. E quando tu l' avrai veduta, anderai tu, come andò Aaron tuo fratello, al popolo tuo.

14. Perciò che tu mi offendesti nello deserto di Sin in contraddizione della moltitudine, nè volestimi santificare in presenza loro sopra l' acqua. E queste sono l' acque della contraddizione in Cades dello deserto di Sin.

15. E Moisè rispuose:

16. Proveggia Iddio lo spirito d' ogni carne, e uno uomo che sia sopra questa moltitudine,

10. quodsi et fratres non fuerint, dabitis hereditatem fratribus patris ejus:

11. sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, qui ei proximi sunt: eritque hoc filiis Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi.

12. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Ascende in montem istum Abarim, et contemplare inde terram, quam daturus sum filiis Israel:

13. cumque videris eam, ibis et tu ad populum tuum, sicut ivit frater tuus Aaron:

14. quia offendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas: hæ sunt aquæ contradictionis in Cades deserti Sin.

14. Cui respondit Moyses:

16. Provideat Dominus Deus spirituum omni carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc:

Digitized by Google

17. e che possa entrare e uscire [innanzi] a loro, e menargli e conservargli; e non sia il popolo di Dio come pecore, le quali non hanno pastore.

18. E Iddio dissegli: togli Iosuè figliuolo di Nun, uomo nel quale si è lo spirito di Dio: e poni la tua mano sopra di lui.

19. Ed egli starà in presenza di Eleazaro sacerdote, e di tutta la moltitudine.

20. E daraigli i comandamenti in presenza d' ogni persona, e parte della gloria tua, acciò che l' oda ogni sinagoga del popolo d' Israel.

21. E se per lui sarà di fare alcuna cosa, Eleazaro sacerdote orerà a Dio. Alla sua parola entrerà e uscirà, e anco lui, e tutto il popolo d' Israel con lui, e l' altra moltitudine.

22. E fece Moisè secondo che Iddio gli comandò. Chiamato che ebbe (Moisè) Iosuè, in presenza di Eleazaro sacerdote e di tutto il popolo,

23. puosegli la mano in capo, e disse tutte quelle cose che Iddio gli avea comandato.

17. et possit exire et intrare ante eos, et educere eos vel introducere: ne sit populus Domini sicut oves absque pastore.

18. Dixitque Dominus ad eum: Tolle Josue filium Nun, virum in quo est Spiritus, et pone manum tuam super eum.

19. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote et omni multitudine:

20. et dabis ei præcepta cunctis videntibus, et partem gloriæ tuæ, ut audiat eum omnis synagoga filiorum Israel.

21. Pro hoc, siquid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum ejus egredietur et ingredietur ipse, et omnes filii Israel cum eo, et cetera multitudo.

32. Fecit Moyses, ut præceperat Dominus. Cumque tulisset Josue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote et omni frequentia populi.

23. Et impositis capiti ejus manibus, cuncta replicavit, quæ mandaverat Dominus.

Digitized by Google

CAPO XXVIII.

1. Disse Iddio a Moisè:

2. Comanda ai figliuoli d' Israel, e die loro: le oblazioni mie e il pane e l' incenso soavissimo offerrete per i loro tempi.

3. Queste sono le oblazioni, le quali voi dovete offerire: due agnelli d' uno anno sanza macula continuamente nell' olocausto sempiternale;

4. uno offerirete la mattina, e l' altro nel vespro;

5. e la decima parte d' una misura di farina, sparta con olio purissimo, che abbiano la quarta parte d' un' altra misura d' In;

6. olocausto continuo, che offeriste nel monte Sinai per odore d' incenso soavissimo a Dio (e accetto).

7. E porrete la quarta parte di In (cioè misura) di vino a ciascheduno agnello nel santuario.

8. L' altro agnello in questo modo offerrete al vespro, secondo il costume che fate la mattina, con

CAPUT XXVIII.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen:

2. Præcipe filiis Israel, et dices ad eos: Oblationem meam et panes, et incensum odoris suavissimi offerte per tempora sua.

2. Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis: Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum:

4. unum offeretis mane, et alterum ad vesperum:

4. Decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, et habeat quartam partem hin:

6. holocaustum juge est, quod obtulistis in monte Sinai in odorem suavissimum incensi Domini:

7. et libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario Domini.

8. Alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam juxta omnem ritum sacrificii matutini, et libamentorum ejus,

Digitized by Google

tutti li adornamenti; e sarà a Dio sacrificio [di odore] soavissimo.

9. Lo die del sabbato offerrete due agnelli d' uno anno sanza macula, e due decime di farina mescolata con olio nel sacrificio, e ogni liquore che di ragione vi si dee spargere.

10. E questo farete per tutti li sabbati in sempiterno sacrificio.

11. Nei calendi (cioè nei cominciamenti de' mesi) offerirete il sacrificio a Dio: due vitelli dello armento, montone uno, agnelli d' uno anno sette senza macula.

12. E tre decime di farina, aspersa con olio, nel sacrificio dia a ciascheduno vitello; e due ne dia al montone.

13. E la decima parte della decima della farina aspersa con olio dia per ciascheduno agnello. E sarà a Dio sacrificio di incenso e di odore soavissimo.

14. Ogni liquore di vino, il quale si dee mettere nella offerta di ciascuno animale, sarà questo: la mezza parte di (questa misura chiamata) In per

oblationem suavissimi odoris Domino.

9. Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, et duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio et liba,

10. quæ rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum.

11. In calendis autem offeretis holocaustum Domino: vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos septem immaculatos,

12. et tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos: et duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes:

13. et decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos. Holocaustum suavissimi odoris atque incensi est Domino.

14. Libamenta autem vini, quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt: Media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per

Digitized by Google

ciascheduno vitello, la terza per ogni montone, e la quarta per ogni agnello. E questo sarà il sacrificio per ogni mese dell' anno.

15. Lo becco si offerrà per lo peccato, nel sacrificio [sempiterno] con suoi adornamenti.

16. Lo mese primo, a dì quattordici, sarà a Dio pasqua.

17. E a' quindici sarà solennità d' azime; per sette dì le mangeranno.

18. De' quali il primo sarà dì di riverenza santa; alcuna operazione servile non farete in quello die.

19. E offererete l' incenso nello olocausto a Dio; due vitelli dell' armento, e uno montone, e agnelli d' uno anno sanza macula sette;

20. e li sacrificii di ciascuno, di farina che sia aspersa d' olio, per ciascuno vitello tre decime, e due decime per lo montone,

21. e la decima della decima per ciascuno agnello, cioè per sette agnelli;

agnum. Hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt.

15. Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis.

16. Mense autem primo, quartadecima die mensis, Phase Domini erit,

17. et quintadecima die solemnitas: septem diebus vescentur azymis.

18. Quarum dies prima venerabilis et sancta erit: omne opus servile non facietis in ea.

19. Offeretisque incensum holocaustum Domino: Vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem:

20. et sacrificia singulorum ex simila, quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, et duas decimas per arietem,

21. et decimam decimæ per agnos singulos, id est, per septem agnos;

Digitized by Google

22. e uno becco per lo peccato, acciò che sia per vostra remissione,

23. non contando lo sacrificio della mattina, il quale offerirete sempre.

24. Così fate per tutti quelli sette dì in nutrimento di fuoco, e in odore soave a Dio; lo qual si leverà dell' olocausto e delli suoi libamenti di ciascuno.

25. Lo settimo dì sarà solenne e santo; niuna operazione servile farete in esso.

26. Lo dì delle primizie, quando offerirete li cibi novi al Signore, compiute sette settimane, avretelo in reverenza, perciò che è santo dì; e niuna operazione servile farete in quello die.

27. E offerirete sacrificio a Dio, in soavissimo odore, due vitelli dell' armento e uno montone, e sette agnelli d' uno anno sanza macula.

28. E in questo sacrificio sarà farina, con olio mescolata, tre decime per ogni vitello, per lo montone due decime,

22. et hircum pro peccato unum, ut expietur pro vobis,

23. præter holocaustum matutinum, quod semper offeretis.

24. Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, et in odorem suavissimum Domino, qui surget de holocausto, et de libationibus singulorum.

25. Dies quoque septimus celeberrimus et sanctus erit vobis: omne opus servile non facietis in eo.

26. Dies etiam primitivorum, quando offeretis novas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis et sancta erit: omne opus servile non facietis in ea.

27. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, et agnos anniculos immaculatos septem:

28. atque in sacrificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, per arietes, duas,

Digitized by Google

29. per li agnelli la decima della decima, che in somma sono sette agnelli; e lo becco

30. che si uccida per lo peccato in purgazione, sanza l' olocausto sempiterno e li suoi libamenti.

31. Sarà sanza macula tutte le cose che si offeranno con li suoi libamenti (cioè liquori di vino, olio).

CAPO XXVIIII.

1. Lo primo dì del settimo mese averete in reverenza, perciò che è santo; niuna operazione [servile] farete in esso, perciò che è dì di balli e suoni.

2. Offerirete il sacrificio a Dio per odore soavissimo, uno vitello dell' armento, [uno montone], e agnelli d' uno anno sanza macula sette.

3. E in questo sacrificio sarà farina, mescolata con olio, tre decime per ogni vitello, due per ogni montone,

4. una per agnello; che insieme sono sette;

29. per agnos decimam decimæ, qui simul sunt agni septem: hircum quoque,

30. qui mactatur pro expiatione: præter holocaustum sempiternum et liba ejus.

31. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

CAPUT XXIX.

1. Mensis etiam septimi prima dies venerabilis et sancta erit vobis: omne opus servile non facietis in ea, quia dies clangoris est et tubarum.

2. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulum de armento unum, arietem unum, et agnos anniculos immaculatos septem:

3. et in sacrificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem,

4. unam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem:

Digitized by Google

5. e lo becco per lo peccato, il quale si offerirà per riconciliare il popolo,

6. sanza lo sacrificio che gli si fa in li calendi con li suoi sacrificii, e lo olocausto sempiterno con suoi adornamenti. Con quelle solennitadi offerrete [incenso] a Dio per odore soavissimo.

7. Lo decimo dì di questo mese settimo averete per santo e in reverenzia, e affligerete l' anime vostre; niuna operazione servile farete in esso die.

8. Ma offerirete a Dio oblazioni in odore soavissimo, uno vitello dell' armento, uno becco, agnelli d' uno anno sanza macula sette;

9. e nelli loro sacrificii tre decime di farina aspersa con olio per ogni vitello, due decime per lo montone,

10. e per ogni agnello la decima parte della decima; [che insieme sono agnelli sette];

11. e lo becco per lo peccato, sanza quelle cose che si sogliono offerire, per lo difetto e mancamento,

5. et hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi,

6. præter holocaustum calendarum cum sacrificiis suis, et holocaustum sempiternum cum libationibus solitis: eisdem ceremoniis offeretis in odorem suavissimum incensum Domino.

7. Decima quoque dies mensis hujus septimi erit vobis sancta atque venerabilis, et affligetis animas vestras: omne opus servile non facietis in ea.

8. Offeretisque holocaustum Domino in odorem suavissimum, vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem:

9. et in sacrificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem,

10. decimam decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni septem:

11. et hircum pro peccato, absque his, quæ offerri pro delicto solent in expiationem,

Digitized by Google

per purgazione, e lo olocausto sempiterno nel sacrificio colle sue circostanzie.

12. Lo quinto [decimo] dì del settimo mese, che sarà a voi santo e in reverenza, non farete operazione servile alcuna; ma guarderete e farete festa per sette dì.

13. E offerirete a Dio l' olocausto in odore soavissimo, vitelli dell' armento tredici, montoni due, agnelli d' uno anno sanza macula quattordici;

14 e nella offerta loro, tre decime di farina sparta con olio per ogni vitello, che sono insieme vitelli tredici, e due decime per ciascuno montone, che sono insieme due montoni;

15. e la decima della decima ad ogni agnello, i quali sono insieme quattordici;

16. e lo becco per lo peccato, sanza lo olocausto sempiterno, e il sacrificio con suoi adornamenti.

17. L' altro dì offerrete duodeci vitelli dello armento, due montoni, e agnelli d' uno anno sanza macula quattordici,

et holocaustum sempiternum, cum sacrificio et libaminibus eorum.

12. Quintadecima vero die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus servile non facietis in ea, sed celebrabitis solemnitatem Domino septem diebus:

13. offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

14. et in libamentis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: et duas decimas arieti uno, id est, simul arietibus duobus.

15. et decimam decimæ agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim:

16. et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, et sacrificio, et libamine ejus.

17. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

Digitized by Google

18. e li sacrificii con loro adornamenti a' vitelli, montoni e agnelli secondo l' usanza;

19. e uno becco per lo peccato, sanza l' olocausto sempiterno, e lo suo sacrificio con li suoi adornamenti.

20. Lo terzo dì offerirete vitelli undici, montoni due, agnelli sanza macula quattordici;

21. sacrificii e gli adornamenti a' vitelli, montoni e agnelli secondo la consuetudine;

22. Lo becco per lo peccato, sanza l' olocausto sempiterno [e lo sacrificio] con suo adornamento.

23. Lo quarto die offerirete vitelli dieci, e due montoni, d' uno anno sanza macula agnelli XIIII,

24. e sacrificii con li adornamenti loro a' vitelli e a' montoni e agnelli secondo l' usanza;

25. lo becco per lo peccato, sanza l' olocausto sempiterno e lo suo sacrificio con suo adornamento.

26. Lo quinto dì offerirete vitelli nove, montoni due, d' uno anno sanza macula agnelli quattordici;

18. sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis:

19. et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque et libamine ejus.

20. Die tertio offeretis vitulos undecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

21. sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis:

22. et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque et libamine ejus.

23. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

24. sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis:

25. et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

26. Die quinto offeretis vitulos novem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

Digitized by Google

27. e sacrificii e gli ornamenti loro secondo l' usanza;

28. lo becco per lo peccato, sanza quello dello olocausto sempiterno, secondo che si suole.

29. Lo sesto dì offerirete vitelli otto, montoni due, agnelli d' uno anno sanza macula quattordici,

30. [e li sacrificii] con loro adornamenti per li vitelli, montoni e agnelli secondo l' usanza;

31. lo becco per lo peccato, sanza quello dello olocausto sempiterno, secondo che suole.

32. Lo settimo dì offerrete vitelli sette, montoni due, agnelli d' uno anno sanza macula quattordici;

33. [e li sacrificii] e gli adornamenti per li vitelli e montoni e agnelli, secondo l' usanza;

34. lo becco per lo peccato, sanza quello dello olocausto sempiterno, come suole.

35. L' ottavo dì, il quale è più solenne, non farete alcuno servigio.

27. sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis:

28. et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

29. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

30. sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis:

31. et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

32. Die septimo offeretis vitulos septem, et arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim:

33. sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis:

34. et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

35. Die octavo, qui est celeberrimus, omne opus servile non facietis,

Digitized by Google

36. E offerrete l' olocausto soavissimo [al Signore], uno vitello e uno montone, agnelli d' uno anno sanza macula sette.

37. Nel sacrificio farete a ciascheduno lo adornamento che si suole, per li vitelli, montoni e agnelli, (secondo l' usanza);

38. lo becco per lo peccato, sanza quello dell' olocausto sempiterno con suoi adornamenti.

39. E queste cose offerrete a Dio nelle vostre feste, sanza quello che fosse per voto o per promissione volontaria, nello olocausto, in sacrificio e libamenti e ostie pacifiche.

CAPO XXX.

1. Parlò Moisè ai figliuoli d' Israel ogni cosa che Iddio gli avea detto.

2. E parlò ai principi delle tribù de' figliuoli d' Israel, e disse loro: queste parole mi disse Iddio.

36. offerentes holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulum unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem:

37. sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis:

